IX.

Materia, ſubſtantia incompleta eſt.

X.

Anima cum corpore ſimul, in, cum & ſub ſemine generatur.

XI.

Cauſa Efficiens, in generatione, ſolitaria eſt inſufficiens: ideòque ſola generare ſibi ſimile non poteſt. Manet ergò illud; cauſas ſocias pro unâ ſtare.

XII.

Formæ brutorum generantur.

XIII.

Formæ brutales è potentiâ materiæ non educuntur.

XIV.

Formæ nullæ in materiam abeunt.

XV.

Contra naturam, Deus nihil agit.

XVI.

Datur quidem Aſtrologia; verum mortem, divitias, vitæ longitudinem, numerum uxorum ac liberorum, ex ea demonſtrari poſſe aut debere, incertum eſt.

XVII.

Hominum mores, facta præterita, futuraque divinari ex illâ poſſe, fœcundæ cogitationes ſunt.

XVIII.

Hodierno tamen tempore talem exiſtere opinantur, ut omnia, quæ fiunt, fierique poſſunt, exactisſimè demonſtrare conentur: credat Judæus Apella.

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn264770803/3
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG